

Notionalia, } Deitas, diuinitas, communicabilitas.
Communia. } Personalia, dicuntur esse voces, quæ tantum pro persona, & pro supposito, vt
suppositum est supponunt. Ista sunt Pater Filius, & S. Sanctus.

Notionalia sunt voces, quæ propriè notant distinctionem, & claram notitiam personarum, quomodo vna sit distincta ab alia. Ista sunt. Generans, Genitus, & procedens.

Communia sunt voces, quæ significat duo in diuinis nempe, naturam, & personam.

Ista sunt ens, Res, Deus, Sapiencia, bonitas, immèstas, infinitas, persona, Hypothesis, suppositum, creator, gubernator, & similia.

Vtèrius obseruo. In prædicationibus istarum vocum requiruntur verba ex quibus deprehèditur idemp- titas, subiecti cum prædicato, quandoque diuersitas subiecti a prædicato. Ideo verba sunt triplicia.

Verba tripli-
cia.

Quædam dicunt idempnitatem, } Quæ dicunt idempnitatem prædicati cum substituto, sunt verba
Quædam diuersitatem, & } substantia, vt verbum est.

Quædam nec idempnitatem, } Ideo sub hoc verbo substantiuo est, nomina essentialia prædicatur
Nec diuersitatem, } de nominib. essentialibus, personalibus & communibus.

Exem. in essentialibus. Deitas est essentia; Deitas est substantia. Nam deitas, & essentia sunt essentialia, idem est deitas q̄ essentia: Non tamen valeret dicendo: Deitas generat essentiam.

Exem. in personalibus. Pater est essentia. Nam essentia prædicatur de persona patris, & per Verbum sub- stantiuum ostenditur idempnitas patris cum essentia.

Exemp. in communibus. Deus est essentia; Res est essentia, sapiencia est essentia, & similia, & prædicatio ista dicitur esse conuersua vt. Essentia est Deitas, essentia est pater, essentia est filius.

Verba quæ dicunt diuersitatem, vt verbum istud generas, spiras, & similia non admittunt has prædicatio- nes, quòd essentialia de essentialibus, neque essentialia de personalibus, neque communia de essentialibus præ- dicentur alioquin istæ prædicationes essent falsæ. Exempla.

Essentia nõ ge-
neratur nec ge-
nerat.

Non possum dicere, Pater generat essentiam: Nam hoc prædicatum essentia non generat, nec generatur.

Non generatur, quia aeterna: Non generat, quia non est suppositum.

Non possum dicere Deus generat essentiam, q̄ est nomen commune, nec econuerso. Nec essentia generat essentiam, quia esset diuersitas inter prædicatum, & subiectum, & per consequens inter essentiam, & essentiam, inter eandem rem respectu sui ipsius hoc falsum, ergo.

Vtèrius. Nomina personalia sunt prædicata nominum personalium, per verbum, quod significat diuersi- tatem, & de nominibus communibus. Exem. in personalibus. Pater generat filium, Pater & Filius spiras S.S.

Exem. in communibus, & persona Deus generat Filium. Pater generat Deum. Ratio quia nomina com- munita quandoque significant essentiam, quandoque personam, Vt Deus Deū generat, i. pater filium. Sic dico q̄ communia de communibus, vt sapienciam sapiencia, vt bonitas Deum. i. pater generat filium, quia per- sonaliter sumuntur.

Notionalia du-
pli. Ad. Hinc
& substantiuè

Vtèrius. Nomina notionalia sumuntur bifariam scilicet. A diectiuè, & substantiuè. Si sumuntur adiectiuè non possunt prædicari de personalibus nisi per verbum substantiuè dicens idempnitatem cū subiecto, si vero sumuntur substantiuè prædicantur de nominibus personalibus, & essentialibus.

Exempla.

Exè. in adiectiuis prædicatis. Pater est generans, & econtra, generas est pater, ista est vera prædicatio, quia illud prædicatum generans significat suppositum patris, & filius est genitus, S.S. spiras, ista prædicatio con- uenit solum personalibus non essentialibus, nec communibus.

Exem. in substantiuis. Diuina essentia est generans. Nam si generans teneatur substantiuè non est q̄ diuina essentia vt essentia in communi generet, quia esset falsum, sed significat q̄ diuina essentia est illa persona quæ est generans. Vt habetur in glossa de Sum. Trini. & fide Catho. Cap. Damnamus.

De Sum. Tri.
& fide Catho.
c. Dam.

Stante hac Dist. Doctissima desumpta ex N. Michaelè, ex Cardinali Cameracensi, & alijs quam plurimis Doctõribus pono mentem Magistri. Quod nec pater generat essentiam. Nec essentia generat filium, nec essentia generat essentiam. Probo.

5. De Tri. c. 7.

Si pater generaret essentiam sequeretur, quod pater relatiuè diceretur ad essentiam, quoniam inter gene- rans & genitū D. Aug. est relatio realis opposita, sed hoc est falsum, q̄ pater dicatur relatiuè ad essentiam, ergo.

D. 5. q. mica.

2. D. August. ergo. Idem seipsum generaret, quia pater est essentia cum sit fundamentum suum.

3. D. Michael noster. Omne generans distinguitur realiter a generante, per Aug. 1. de Tri. c. 1. Sed essentia non distinguitur ab esse, alioquin essentia duæ essentia diuina, quod implicat, ergo nec generat, nec generatur. Non distinguitur a patre nec a filio, quia non est oppositio relatiua, ergo.

Canon Conci-
lium.

4. Idem habent canones per Concilium, lib. 1. de Trini. & fide Catho. Contemper cum Petro vnā quan- dam rem. In comprehensibilem, & ineffabilem, quæ est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, quæ res nec est ge- nerans, nec genita, nec spirata.

ARGVMENTA CONTRA CONCLVSIONEM.

Arg. D. Aug. in li. de fide ad Pet. c. 3. Deus p̄ genuit id quod ipse est: Ipse est essentia, ergo essentiã genuit. Præc. d. Aug. 7. de Tri. c. 1. Deo idem est esse q̄ sapere, vnde Pater & F. sunt una sapiencia, quia sunt vna essen- tia, et singillatim sapiencia de sapiencia, sicuti essentia. Ecce aperte d. q̄ essentia est genita de essentia sicuti sa- piencia, de sapiencia.

Idem d. de Christo, in lib. de si. ad Petrum, c. 2. Diuinitas eius, de natura patris nata est. Ideo d. q̄ est consi- lium de consilio, & voluntas de voluntate, sicut substantia de substantia, & sapiencia de sapiencia, ergo.

Præc. filius cum sit productus.

11. De Tri. c.
20.

Aut ex nihilo } Non ex nihilo, quia quandoq; non fuisset, & sic non esset æternus, q̄ falsum est.
Aut ex aliena substantia. } Non ex aliena substantia, quia patri non esset similis, ergo nec filius, q̄ falsum est.

Aut ex substantia patris. } ste, ergo ex diuina substantia, ergo est genita. Hoc d. Hilarius, 12. lib. de Tri-
Præc. Ois filius est genitus a patre. At hæc essentia diuina est filius, ergo a patre genita. Maior Nota. Minor præc. quia essentia prædicatur, de qualibet persona, & econuerso, cū non sit oppositio relationis. Cõfirmo. Hæc essentia est pater. Hæc essentia habet filium, ergo. Hæc essentia genuit filium. Omnes istæ consequentiæ va- lent,